

- omnium hominum sum, & non est hominis prudentia in me.) Prou. 30. Vulgata editio. Stultissimus sum uiro-
rum, & sapientia hominum non est mecum. περιφρονα δicitur.) Circumlatio, κήλος διασπορά, sic
enim recte humanæ vocantur res, quod semper in circuitu veritatur. Iosephus Machabeorum scri-
ptor historia.) In eo enim libro, quem Erasmus vertit, scribit de animi perturbationibus. * Quam
Fol. 213 ob causam idem Apostolus scribit Deum solum esse sapientem.) μόνη σοφία θεοῦ. sicut in Græco. 1. Tim. 1. So-
li sapienti Deo honor, & gloria &c. deest tamen in multis Latinis vulgata editionis codicibus uox; sa-
pientia. propterea reponenda est. * Et nos in Iesum Christum credidimus, ut iustificemur ex fide Christi,
Fol. 214 & non ex operibus legis.) καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Χριστοῦ ἐπιστάμεθα. Credimus tamen legebatur antea.
Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Christi daretur credentibus.) ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ
γραφή πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν. sic Græca, sic vulgata habet editio; Concludit tamen legebatur antea.
Euacuari estis a Christo, qui in lege iustificamini: a gratia excidistis.) καταργηθῆτε τὰ ἐκ τοῦ νόμου, οἵτινες
ἐν νόμῳ διαβούτε, τῆς χάριτος ἐξέστε. Qui enim in lege iustificamini, legebat Erasmus. nos expun-
ximus uocem, enim, quod sensum turbet, & nec exemplaria antiqua, nec Græca, aut Latina editio
eam habeant. Qui autem dixerit Raka, quod interpretatur nanus.) ῥάκις nanum, inanemq. apud He-
bræos significat, ut ibi, cum dicitur: Et populi meditati sunt inania. ῥάκις ἡν ἡν ῥάκις uerum non ita
grauē est uerbum, ut stultum significet, hoc est ῥάκις. minus enim est hominem inanem dicere, quam
fatuum. Propterea eo in loco Matthæi, Christus a leuioribus inchoans, & ad grauiora ascendens pri-
mum iram in fratrem prohibet: mox nam cum uerbo Rak, id est qua frater, uerbi etiam leuis iniuria
offendatur; postremo iram cum uerbo magis iniurioso, quo scilicet uocetur fatuus. et diuersis eam
ob causam ira generibus, diuersas comminatur pœnas, hoc est primo generi grauem iudicii, secun-
do grauiorem concilij, tertio grauissimam Gehennæ. non est interea hic omittendum, vulgatam
apud nos editionem mancā eo in loco Matthæi esse. legendum enim est. Omnis qui irascitur fra-
tri suo sine causa, reus erit iudicio. hæ enim uoces, sine causa, desunt apud Latinos. Hieronymus ta-
men eas hic habet, & in Græcis codicibus legimus. οὐκ ἔστιν ὁ ἰσχυρίζων τὸν ἀδελφόν αὐτοῦ ἄνευ λόγου ἔσται
Fol. 215 τὸ κρίμα.) Cave ne iustitiam, hoc est elemosynam uestram faciat coram hominibus.) ex Hebræi
uerbi proprietate hoc uenit. apud Hebræos enim צדקה iustitiam, & elemosynam significat.
Epistola Biblina uolitant trans summa Aethiopia.) Diximus de hac supra. Efsa. 18. ubi nos habemus,
in uasis Papyri, quod Hebraice dicitur, כְּבִילֵי בָבֶל 1 xx. legebat אֲבִיבֵי בָבֶל hoc est Biblinas
epistolas, loco ב habentes ב: quæ mutatio in multis alijs sacrorum librorum locis facta est. angulis
enim longa uetustate corrosis, expunctisque facile ex ב, factum est כ, & ex כ, factum est ב. ex qua
re considerari potest, quanti facienda sit 1 xx. & ueteris Ecclesiæ interpretatio. אבבב etiam, quæ uox
papyrum significat, pro epistolis 1 xx. transulerunt. in papyro enim eo tempore scribebatur. & ita
hunc locum Biblinas epistolas interpretati sunt. pro longis, prolixisque Hieronymus accipit, sicut
accepit etiam Epiphanius. sensum alium ex Cyrillo Alexandrino nos supra posuimus.
Es certe Petrus Apostolus caligas habuisse narratur.) Pro calciamentis hic accipit: quæ Christum
non habuisse, in epistola ad Eustochium his uerbis testatus est. Et Moyses, & Iesus Naue nudis
in sanctam terram pedibus inuentur incedere: & discipuli sine calciamentorum onere, & uinculis
pellium ad prædicationem noui euangelij destinantur: & milites, uestimentis Iesu sorte diuisis, caligas
non habuere, quas tollerent. nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat seruis. Veteres
tamen militarem caligam pro ocrea, hoc est tibiurum tegumento accipiebant. a quo Caligula Impera-
tori cognomentum datum, omnes scimus. * Quamuis, & alijs uitijis carere possimus; hypocritas
Fol. 216 maculam non habere, aut paucorum est, aut nullorum.) Sic emendauimus a Brixianis codicibus aduti:
prius enim apud transalpinos typographos legebatur. hypocritas maculam habere non posse &c.
Apostoli una hora uigilare non possunt, somno, merore, & carnis fragilitate superati: & tu potes longo
tempore omnia simul peccata superare?) Vocem, simul, ex tribus Florentinis, & quibusdam Brixia-
nis codicibus reposuimus. Ut non τὸ δοκῇ, iuxta ueteres hæreticos, sed uere Deus, hominis filius
crederetur.) Hoc dicit propter Marcionem Apellitas, & Manichæos, qui Christum non uerum,
sed apparens tantum, & phantasticum habuisse corpus affirmabant. τὸ δοκῇ enim idem prorsus est,
quod apparere. In quibusdam exemplaribus, & maxime in Græcis codicibus, iuxta Marcum in fine eius
Euangelij scribitur. Postea cum accubissent undecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem,
& duritiam cordis eorum, quia his qui uiderant eum resurgentem, non crediderunt: & illi satisfaciebant di-
centes: Sæculum istud iniquitatis, & incredulitatis substantia est, quæ non finit per immundos spiritus, ueram
Dei apprehendi uirtutem: nec eo iam nunc reuela iustitiam tuam.) Ab illis uerbis, Et illi satisfaciebant
dicentes, nos nihil amplius in Euangelio Marci, aut alibi habemus: reiecta enim sunt ab Ecclesia ea
quæ sequuntur, quod genuina habita non sint. * ἐκάλον, & ἐκάλον apud Græcos ex offensione,
Fol. 217 & ruina nomen accepit.) Vel ἐκάλον claudicare, quod ex offendiculo in uia apposito, quis, dum
in illud impingit, claudicat, & ita in ruinam tendat. uel ab obliquitate, quasi ἐκάλον. quod im-
pingentes alibi & in obliquum, & in ruinam ferantur. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat
fides tua.) Sic est in vulgata editione, & ita Græcus habet codex, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. Olim,
deficeret. ἐπίδοσον esse te doceas.) Id est, Deo contrarium, & aduersarium. In euangelio
secundum Ioannem in multis & Græcis, & Latinis codicibus inuenitur de adultera muliere.) Hoc idem
asserit etiam Diuus Chrysostomus, quod de erat apud aliquos Adulteræ historia, sicut etiam
apud Lucam, quod Angelus apparuerit Christo de celo, confortans eum: ut paulo superius dixit
Hieronymus. utrumque hodie habet Ecclesia, & tamen appendicem illam in Marco, de qua su-
pra modo dicebamus, non habet: ut scias ad illam solam pertinere, quid recipi, & quid reijci
fidelibus debeat. quod Gelasius Papam in probandis, reprobandisque libris, & Euangelij scisse
nemō